vel generalissime $x^m + rx^{m-1} + qx^{m-2} + rx^{m-3} - - - -$
$\pi x^{m-n} + \varrho x^{m-n-1} - - - - \int x^2 + tx + u. = (x-a)$
$(x-b).(x-c) - - - -$ tot simplicibus eiusmodi factoribus quot m habet vnitates. Quantis moliminibus demonstratae sunt regulae generales eruendi ex quauis aequatione data radices, si quas habet, rationales: irrationales? quanto ingenti labore *) inuestigatum est, vt, quemadmodum primo statim intuitu ac consideratione ex exponente incognitae supremae numerus radicum, h. e. posito exponente $m = m$, numerus terminorum, $(m+1)$ et ex successionibus ac permutationibus signorum, quibus aequationis termini iuxta ordinem exponentium ordinatae affecti, numerus radicum positiuarum et negatiuarum constet: ita etiam ex eiusmodi consideratione statim innotesceret, vtrum aequatio habeat reales an imaginarias radices. Porro demonstratum est: supra indicatae vniuersalis aequationis et consequenter omnium, sumptis radicum quantitatibus oppositis

p. Coefficientem $m-1$ $\int$. IIdi termini = summae radicum
q - - - - - $m-2$ $\int$. IIItii - - - = summae productorum ex singulis binis
r. - - - - - $m-3$ $\int$. IVti - - - = summae productorum ex singulis ternis

.
.
.
.
.
.

u $m-m$ $\int$. vltimum terminum = producto ex omnibus radicibus

In nulla aequatione ita exhibita apparent radicalitates, quia tum factores irrationales tum imaginarii, qui semper pari insunt numero, ad factores rationales quadraticos reducuntur. Tandem imaginariae ad formam $M + N\sqrt{-1}$ reductae, qua reductione insignis harum quantitum vsus innotuit, et fines semiotices Matheseos prolati. Ingens liber conscribendus esset, si hi progressus semiotices Matheseos iusto Ordine exponendi, ac singula in iis, prouti possunt, rigorosis demonstrationibus firmanda essent. Adeant

*) Vide Colin Maclaurin. Algebra. Sect. II. Cap. XIII.